

NUMMUS CASTRENSIS

HENRICI DUCIS BRUNSWICEN-

sis; Cusus in expeditione contra Saxoniae Electorem
& Hassiae Landtgravium suscepta;

Anno Christi 1545.



HENRICUS Dux Brunswicensis, è ditione sua ejectus, militem conducit, quàm potest occultissimè: Gallo ipsi belli nervum, ut dicebatur, subministrante. Facto itinere per agrum Luneburgensem, non sine maleficio suam in provinciã ingreditur: Steinbruccum arcem deditione capit: vicinis ciuitatibus Brunswico, Hanobriæ, Mindæ, Bremæ, denuntiat, ut sibi de injurijs satis faciant, & à conjuratione Smalcaldicâ (sic enim foedus Protestantium voca-

bat) discedant: sin minus, diraminatur. Primariam suæ ditionis arcem Wolfebutelum obsidet: passim suam in fidem jurejurando populum adigit. It contra Landtgravius mandato sociorum, cum Genero suo Mauritio, ac Ernesto Brunswicensi. Dum non procul utrinque absunt copiæ, agitur de pace à Brunswicensi, intercessore Mauritio: verum interim levibus aliquot prælijs utrinque decernitur. Impetrantur tandem induciæ, quò de pace facilius ageretur: sed eæ statim à Brunswicensi violantur, eo quæ res deducitur, post aliquot prælia, ut de summa rei, cum toto Landtgravii exercitu sit ei decernendum. Hic ipse metuere, & quas antea repudiarat, pacis leges gravissimas, post longam de liberationem recipere. Leges erant hæ, quas ei tulerat Mauritius, ut se & filium natu maiorem dederet. Itaque paret, & se se cum filio dedit: quibus custodias ponit Mauritius: insignia copijs hostilibus adimit: auctis secum machinis octodecim, omni quæ instrumento bellico alio, ut & Steinbruccâ recuperatâ, domum redit. *Sylvanus in nummo Principem denotat, ad omnia adversa devoranda, sustinendaq; paratum.*

Patientia namq; typus est, accensus in leva focus ductus forte à facto

Scævola, nulli non Romanæ ex historiâ, noto. Confector

Tabularum in Sleidanum.

Author.